

De prädicamentis in genere,

105

CAP. V.

De

PRÆDICAMENTIS IN GENERE.

I.

Absoluta doctrina antepredicamentorum, in qua traduntur ea, quæ ad prædicamentorum cognitionem sciri sunt necessaria; sequuntur ipsa prædicamenta.

2. Per prædicamentum autem intelligitur h. l. nihil aliud, quam series, in qua sub uno genere summo disponuntur & directe continentur plura genera subalterna, species infimæ & individua. E. g. prædicamentum substantiæ est series, in qua sub substantia tanquam summo genere, disponuntur & continentur genera subalterna, ut corpus animatum, inanimatum, animal, planta, &c. species infimæ, ut, homo, equus, leo, & individua, ut, Alexander, hic equus, hic leo.

3. Dico: directe: Sic enim sola genera, species & individua, quatenus illa de his prædicantur tanquam de inferioribus & in quid. in prædicamentò esse dicuntur.

*Rede dicitur ab auctore G species infimæ 4. Hæc
-mas et individua, quæ hæc sunt obiecta,
reliqua. omnia generum et specierum
bases snt, et fundamenta*

*An in prædicamentis agatur de re
bus, an de rebus, an de conceptibus
controvers. quæst. ad. q. h. h. h. h.
Favet. Log. l. 2. q. 2. p. 123.*

locandis.